

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1488

Autre(s) référence(s) : Fauroux 43 / Tabuteau 133 / ARTEM 2680

Auteur(s) : Enna [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1015-1026]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II, à la requête d'une certaine Enna, concède à Saint-Ouen :

Epinay avec l'église ; le tiers de Franqueville avec une partie de la forêt proche ; le cinquième de l'autel (quintam partem altaris) et un moulin à Saint-Aubin[-Epinay] ; Crosville[-sur-Scie] avec l'église ; deux maisons au Quesnay (ou au Quesnoy) ; un manse à Franqueville ; un manse à Catteville ; un autre à Manéhouville ; un manse au Faux ; deux autres à Petrevilla ; dans le comté d'HiémoisConstancii villa.

Le duc ajoute sur ses biens personnels le domaine du Meslay.

Cette donation est faite par le duc Richard II, à condition que les moines fassent mémoire de son nom dans leurs prières.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 917 (1).

A'. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 917 (2).

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 43, p. 148-150.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 149.

Doubles originaux : la référence du deuxième en ARTEM est n° 4552.

Texte établi d'après a

IN EXORDIO NASCENTIS ÆCCLESIE, PER OMNEM TERRAM DOCUMENTIS SANCTORUM APOSTOLORUM DIFFUSÆ, PROTINUS VIRI FUERE RELIGIOSI, QUI, IN TERRA VIVENTIUM PORTIONEM optinere desiderantes, Dei æcclesiam de propriis honorare possessionibus et exaltare nisi sunt, unde a Christo æterna meruerunt recipere premia. Hoc autem sollicita pervigilique mente meditans, ego Enna Christi famula, sanctorumque scripturarum documentis a fidelibus edocta, post conjugis mei obitum quam prole quæ mihi mortuæ valuisset succedere carebam, commodum duxi Deum fieri heredem, qui me, terrena non solum felicitate, verum etiam sua gratuita pietate immortalitatis ditaverat decore. Sed pro me quam minime valebat hoc peragi,

domini mei Ricardi illustrissimi comitis presentiam adii, genitricis ejus videlicet Gonnoridis adjuta presidiis, quem suppliciter diu deprecans ut desiderii mei votum perageret, tandem sine cunctatione michi satisfecit annuendo et tribuendo sanctis Petro apostolo Dei atque confessori ejus Audoeno non tantum alodos meos, sed etiam villam quæ dicitur Meslet quam de beneficio ejus tenebam. Hæ sunt igitur res meæ proprietatis quas predictis sanctis, me orante, predictus comes Ricardus concessit atque dedit, videlicet villa quæ Spinetum vocatur cum æcclesia et tertiam partem villæ quæ noncupatur Franca villa cum parte silvæ sibi proximæ. Apud Sanctum Albinum, quintam partem altaris et in eodem loco, unum molendinum. Preterea Croc villam cum æcclesia et molendino, apud quoque villam quæ dicitur Caisnetum, duas mansiones, deinde apud villam quæ nuncupatur Grandis franca villa unam mansuram ; et iterum, apud Catevillam alteram mansuram, aliam similiter mansuram apud Maneholt villam. Post hæc apud villam quæ dicitur Falc, unam mansuram et apud Petrevillam duos acros. In comitatu Oismacensi, tantum Constantii villam. Propter hæc omnia de beneficio suo predictus comes Ricardus perpetua hereditate villam quæ Meslet dicitur supradictis sanctis concessit, atque manu sua, per signum crucis cum excommunicatione hanc cartam firmavit. Signum + Ricardi comitis. S. + Rotberti archiepiscopi. S. + Gonnoridis comitissæ. S. + Ricardi juvenis. S. + Hugonis Baiocensis episcopi. S. + Negelli vicecomitis. S. + Gotselini vicecomitis. S. + Ricardi vicecomitis. Hæc autem omnia pretitulata pro animæ suæ remedio et pro conjugis mei atque meæ animæ absolutione, iterum pro quadam exorta contentione, inclitus comes Rotbertus, me humiliter orante, Sanctorum Petri apostoli Dei et gloriosi confessoris Audoeni monachis dedit, ea scilicet conditione ut tam præsentis quam futuri monachi memoriam nostri jugiter habeant in orationibus suis, et per hoc signum + predictus comes Rotbertus cum suis episcopis atque militibus, scilicet Negello, Osberno dapifero, atque aliis nobilibus manu sua.